


ACTA IN CONSILIO SECRETO

in castello Portæ Jovis

MEDIOLANI

a cura di

ALFIO ROSARIO NATALE



E/3/16/III

68B

TOMO TERZO

(1 gennaio 1479 - 20 luglio 1479)



PER I TIPI DELL'EDITORE DOTT. ANTONINO GIUFFRÈ
MILANO * MCMLXIX

santur in terra Galeratę et eos teneat sub bona custodia ac statim de eorum detentione certiores faciant Principes nostros.

Item, fuit conclusum quod scribatur Saturno Villano, potestati Laude, et Castellano rochette, ut libere relaxent Franchinum Hastensem, famulum domini Johannis Bartholomei de Regibus, detentum occasione furtorum comissorum in domo dicti sui patroni, et hoc, attento quod confessus fuit omnia, et quę habuit, restituit; et ipsi domino Johanni Bartholomeo scribatur qualiter relaxatus est et mittantur litterę scriptę per dictum Potestatem super hac re.

Per Ricium

1478 die VIII^a maii, de mane.

Habitus est Senatus, ut supra, in quo quidem interfuerunt infrascripti, videlicet:

d. Petrus Franciscus Vicecomes,
d. Orpheus de Richavo,
d. Johannes Jacobus de Trivultio,
d. Petrus de Landriano,
d. Cichus Symonetta.

D. Johannes Symonetta
d. Bartholomeus Calchus
d. Johannes Jacobus Symonetta } secretarii.

Franciscus Ricius, cancellarius.

In quo quidem Senatu, conclusum fuit in facto concessionis Consulatus Catalanorum in Janua, dati per serenissimum Regem Aragonie d. Georgio Spinule⁵⁶, quod satisfiat rogationibus^a d. Hieronymi Spinule⁵⁷, scribentis pro dicto Georgio et promittatur quod dictus Georgius optineat dictum Consulatum.

Item, comparuit Johannes Stephanus Cribellus et acceptavit Potestariam Vaxerii, si placebit ill. Domine nostre ei dare dictum officium, et solvere denarios exbursatos per Johannem Augustinum de Olzate pro dicto officio et hoc pro rata temporis; fuit responsum quod dicetur illustrissime Domine nostre et fiet voluntas eius Excellentię.

Fuit dictum domino Angelo de Byrago⁵⁸ quod formet litteras ad illustrissimum Ducem Ferrarię in justificationem illustrissime Domine nostre in facto

^a Parzialmente corr. su raschiatura.

56. Aveva tenuto il consolato dei Lombardi in Genova (1470-72).

57. Membro del Consiglio Segreto: 1477.

58. Nominato avvocato fiscale nel 1470, al tempo di Ludovico il Moro entrerà a far parte del Consiglio Segreto, nel 1484.

ACTA IN CONSILIO SECRETO MEDIOLANI

Lectis litteris Jacobini de Olzate, petentis licentiam maritandi eius filiam in Arasminum de Binasco^a, seu in Calistum fratrem suum, nobiles pedemontanos, conclusum quod concedatur licentia, ut supra.

Die 22^o junii 1479, in mane.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

	5
rev. d. Episcopo Comi,	
d. comite Petro de Verme,	
d. Petro Francisco Vicecomite,	
d. Palavicino,	
d. Orptheo de Richavo,	10
d. Johanne Jacobo Trivultio,	
d. Petro Landriano,	
d. Azone Vicecomite,	
d. Cicho Symonetta.	
D. Johanne Symonetta	} secretariis.
d. Bartholomeo Chalco	
d. Johanne Jacobo Symonetta	
Francisco Ritio, cancellario.	15

Per Phylippum
de Comite

Lecta supplicatione Petri Caymi, conquerentis de relatione facta per d. Johannem Antonium Sparvariam, cuius gratia scriptum fuit Capiteano Seprii, conclusum fuit quod d. Johannes de Castronovate et d. Franchinus Caymus procurent concordiam inter partes, que, si executionem non sortietur, committatur causa domino Capiteano Justicie Mediolani, qui videat predictam relationem et, auditis partibus, eam exequatur, vel reiiciat, sicut justum putaverit.

Fuit conclusum quod Pericus Hispanus, comestabilis peditum cum d. Duce Bari, acceptetur ad servitia illustrissimorum Principum nostrorum, cum omni comitiva, quam secum ducet ex castris inimicis et ei, pro persona sua, dentur ducati duodecim et sociis ducati tres, pro paga; et, ita, fuit dictum duobus Hispanis, eius nunciis.

^a Parzialmente corretto.